

1532 24 16 April

276

S. Irenaeus Episcopus Baccorum Vice
Cancellarius
Stephano Broderico Episcopo Siniensi

86

Præ in Christo Saluti, et Dominice misericordie bonorum
Magnum mihi adtulit voluptatem littere Domina
tionis Vestre Præ quod ex illis sanam et incolumem
illam esse cognovi, contra vero illius de pacificando
isto laudatissimo et quondam florentissimo Hunga
rie Regno desperatio, ingenti me dolore et animi per
turbatione affect, cum enim ab illa que est particeps
Consiliorum incolat Regni istius scribi ista adverte, tam
quam impendenti calamitati metuens ieiunium do
leo. Deus quidem potens est salvare omnia et in me
lius committat sed nisi is præsto adsit, ego puto a
ctum esse de omnibus. Nam cum hæcenus Regni
animis in his que iuncta sunt iuncta dissentiant et
Proceres Regni Hungarie ad unitatem non redeunt,
nescio quid mihi in spe future pacis vel tranquillita
tis polliceri debeam, quæ quanto plus Regno Hungarie
adiungitur, tanto maiorem mihi, et omnibus probis dolore
affect, expecto adhuc cum futura congregatio Regni Bro
derici, de qua hic apud Nos dicitur, aliquam certam con
sensionem voluntatum et Consiliorum illorum conjunctionem
iudicet et comparet, quam si invariata et omni concordia

vacuam

Agnoscam et de reliquis omnibus, facile cum Domi-
natione Vestrae Quae desperabo.

Cui scriberem ea quae proxime a Carolo Cesare sunt
allata, sed certo scio eam illam ex literis Altis Sicuti
Regis Nostri ad Reverendissimum istum Dominum
Ungarum Regem scriptis cognoscere posse. Commu-
do me aurore et benevolentiae fraternae Dni Vestrae
Quae quae sanam et felicem esse semper ex aucto-
ritate opto rogo illam plurimum, ut perpetuam meam
servitutem Reverendissimo Regi suo committat, et Rm^o
Dominum Colocensium ac Altius Dominum Cancell-
arium Meo Nomine salvere jubeat.

Cracoviae 10 Aprilis Anno Domini 1532.